

**www.e-rara.ch**

**De Sacrosancta Trinitate**

**Mülhusii, 1591**

**Bibliothèque de Genève**

Shelf Mark: Ms. fr. 411 (50)

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-75147>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

1591



# DE SACROSANCTA TRINITATE,

CONFESSIO IOANNIS HASLERI BERNENSIS,

*Medici, ad Lectorem humanum.*



T nihil tam rectè fit, quin malè narrádo possit deprauarier: ita quofcunq; spiritu charitatis omnia credétis, atq; etiam erga hostes beneficiæ imbutos hæctenus experior, ijs me semper facillè purgavi. At nonnullis contrà, nulla quantumuis explicatissima confessione oris ad salutem satisfacio, quin perpetuò tanquã scrutatores cordium Dij, nescio quid occultius dissimulatum certis coniecturis in corde meo perspiciant.

» Etsi enim constanter ingenueq; & dicam & scribam, me de sacrosancta Trinitate vnus Dei nunquam aliter sensisse, neu sentire, quàm Symbolo beati Athanasii congruat, nihilominus tamen ob Arianismi suspiciones, adolefcéribus mecú versari periculosum esse dictitant. In causa hæc sunt: **NVLIVS** uniuersæ Religionis Christianæ articulus mihi tú notior hoc est (Dei gratia) tú ad declarandã Logi corum quorundã focordiam accommodatior videtur. Quippe aduersus Organum fundamentum verissimum illud: Omne Ens aut Essentiam (nempe speciem quæ genere & differentia plenè definitur) aut Proprium aut Accidens esse, nõnulli falsum illud substituerút: Ens omne, vel Essentiã, vel Accidens esse credendũ. Hinc inferentib. Arianis: Cũ igitur vnica sit essentia Dei, relinquitur Personas eiusdẽ tres, aut Accidentia, aut nihil esse, non habent quod ex arte Logica sua respondeant. Sed uti Deum numero Categoriarum sinistra eximunt: ita neq; hanc imperfectam Entis diuisionem ei conuenire excipiunt.

» Quanto rectiùs Gregorius Nazianzenus ex Tripartita Rerũ distributione perfecta, vnã quidem Essentiã dicit Essentiam vnã, Personas verò tres, tribus proprijs, seclusis Accidentibus discernit?

Ita enim scribit in Rom. 11. 35. Præpositiones ille, Ex quo, Per quem, & In quo, non quidem Naturam secant, sed Vnius & Inconfusæ naturæ proprietates designant. Sic & Ioan. Damascenus Diuin. tradit. 49. Omnia naturalia & essentialia quidem simplicia fatemur: discrimẽ verò Hypostaseõ in solis tribus proprietatib.

» Hinc expeditissima fit explicatio citra omnis contradictionis omnem absurditatem. Nihil etenim obstat Vnitati Essentiæ Trinitas Personarum solis proprietatibus discretarum: cũ nondum Accidentium absurditate urgeamur. 1. Topic. 6. neq; à S. Patrum consuetudine loquendi recedamus.

Cæterũ inter argumenta Demonstratiua, in tantis de S. Trinitate conscriptis voluminib. non pauca probabilia tantũ, nonnulla etiam inepta esse, nõ ego primus dixi. Extant virorum Orthodoxorum commentaria, è quibus idem Lector percipiet. Ut non parat veneficium, qui remedium morbo inutile reprehendit: ita nec statim conclusionem propositam impetit, qui præmissas, aut argumentandi vitium redarguit.

Testor itaq; Deum Patrem Filium & Spiritum sanctũ, me de hoc mysterio credere, sicut & omnes Catholici & pleriq; Euangelici publicè credendum docent: velut Lutherus, Zuinglius, Calvinus, Beza, Aretius, & alij confortes eorum traderunt, & Augustana confessione continetur. Eundemq; Trinum & Vnum oro, ut hac in fide me in æternum seruet, atq; si vult etiam in hoc seculo me contra calumnias maleuolorum tueatur. Veræ autem pietatis amantes & charitatis Christianæ sectantes rogo submisè, ne suspitionibus malis locum porrò dare velint. Vale. Scripsi Mülhufii, 27. Iunij, 1591.



omnes me...  
 1591  
 9

